



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

VI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte  
das Eigenthum von Brodewinsdorf und der Mühle zwischen Bertholz und  
Cröchelndorf, am 2. Februar 1288.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

VI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von Brodewinsdorf und der Mühle zwischen Berkholz und Gröchelndorf, am 2. Februar 1288.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenses, omnibus in Christo fidelibus has litteras auditoris, in perpetuum. Ne facta hominum consumat mater erroris oblivio, scriptis solent autenticis roborari, ut indicio evidenti ad posterorum noticiam deducantur. Innotescat igitur tam presentibus, quam futuris Christi fidelibus univervis, quod nos de pari consensu heredum nostrorum dominabus conventus in Boyeenborch, que ob amorem Jehsu Christi mundum florentem cum suis concupiscentibus conspexerunt, sub monastice religionis habitu crucem domini baiulantes, proprietatem ville Brodewinstorp et quadraginta unius mansi, qui dicte ville adjacent et ad hoc unius mansi ibidem cum lignis iacentibus et crescentibus in eodem, nec non proprietatem tocuis molendini iacentis super fluentum ukariez inter Berkholte et Cricheindorp vendidimus pro ducentis marcis et sexaginta marcis Brandenburgensis argenti perpetuis temporibus cum omni iuris integritate pacifice possidendam, ita quod in eadem villa nichil iuris prorsus, nichil precarie, nichil servitutis, nichil exactionis violente nobis ammmodo poterimus usurpare, nec unquam agriculturam et campum ipsius ville pretacte cum suis terminis faciemus per aliquem advocatorum nostrorum aut officialium cum distributionis funiculo dimetiri. Quicquid vero lignorum, graminum, pratorum, paludum et aquarum (exceptis duntaxat hiis stagnis Clodene et item Clodene), intra distinctiones metarum sepedicte ville nunc distinctas continetur et situm est, id ad eandem villam et ad usus dictarum dominarum integraliter sine diminucione aliqua in perpetuum libere pertinebit. Ut autem huiusmodi vendicio, que rite et racionabiliter dinoscitur esse facta, per nos nostrosque successores hereditarios in posterum immutari nequeat aut eciam retractari, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Huius rei testes sunt frater . . . . Gardianus minorum fratrum in prinzlaw, Fridericus de Eestede, wernerus de swanenberch, Buffo de Bellinge, lodewicus et Georgius, fratres de schiltberch, tethardus de wozstrow, Ludolfus de Beckendorp, Wilhelmus de kerkow, milites, henricus, venator, advocatus levenwoldensis, et quam plures alii fide digni. Datum turiglow, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>., in die purificationis sancte Marie virginis, per manum bernardi, nostre curie notarii et cappellani.

VII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen für immer die Vermessung der Aecker des Hofes Zcapele, am 2. Februar 1288.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus presentibus protestantes, quod dimensionem agrorum curie videlicet Zcapele dicte, per Burchardum de Bellinge et Johanne de sydow, nostros milites, nunc factam, volumus ratam ac